

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Frisia Occidentalis

Goos, Abraham

[Amsterdam], [1634?]

[urn:nbn:de:gbv:45:1-308623](#)

B/I/G.

Black

Farbkarte #13

Cyan

Green

Yellow



Westfriesland, Kolorierte Kopie, 27529
Gedruckt und verlegt mit Erlaubniß der
Herrn Dr. C. F. W. Müller, 1850

385-

temnendum præberet, estque tuendo igni fomes, quam Promethea illa ferula, paratior. Hujus tam copiosa materia & luxuriae in lucem profertur, ut non tantum incolis abunde sufficiat, sed & vicinis regionibus iis subvenire queant. Materiæ hujus cespititiae plura sunt genera, quæ colore, levitate & pondere materiæ, adhæc cineris, quo se obruit, bonitate & candore, differunt atque examinantur. Primum genus vile est, raruim, inane, fungosum, valde leve, color illi impluviatus, qui rubiginem parietum è pluvia defluxu naram mentitur: quod genus deterrium est, neque usui ci-vium experitum; servit fere cortinis cervisiariorum inflammardis & concoquendis: quod accensum vultus è vivido colore plumbeos, cadaverosos, larvisque affilii miles homines facit, terramque exhalat mephitum: quo odore non raro etiam animi defecitus (uti præsentius in bituminosis carbonibus fit) conciliatur, quem sal inspersus tollit. Alterum densius est, furvum, segmentis virgultorum intermeantibus & palustribus cannis intercicum, gravitate mediocre, promiscui usus. Tertiū ponderosum, laterum coctilium duritiem quandam imitan, quod cæteris natatu fluitantibus solum sublidit aquæ immersum, tardeque ignem concipit, sed conceptum diutissime continet, cinereum colore, fabulosoque solo effossum. Est & quod è falsuginosa terra conformatur in glebas, Zelandiæ domesticum, *Dariam* vulgus vocat. Præter hæc est quod verriculis è fundo aquæ extractum pingui luto constat, quæ materia in locos quosdam quadratos, ubi aqua prius redundans diffluxerit, affunditur & complanatur, postea arefacta in metas rariores aggeratur, ut vento perflatæ solique penetrabiliores ad usum durentur. Habent & inopes rusticorum familiæ inter cis-rhenanos Frisios pe-

culiare cespitum genus in tessellas, prius dictorum more conformatum, fimo bibulo constans, interspersis straminis, arundinum, fœni quisquiliis, ad solem æstivum excoeto: sed cuius sumus infesta acrimonia sic urit oculos, ut lippitudinem facile conciliet. Frisia hæc olim Regio Diadematæ claruit, ad Caroli Magni usque ^{Imperium majorum.} tempora: à cuius obitu variis agitata fuit molestiæ, tametsi & ante quoque ejusdem tempora durissimum Danorum & Norvwegianorum senserit imperium. Tadēm verò sub Carolo V Cæsare, principe verè pacifico, halcyonios dies est adepta. Vrbes hujus Frisiæ sunt numero XII. *Leovardia*, *Leeuwyarden*, totius Frisiæ est Capitalis, urbs opulenta, & uti privatissimis civium domiciliis decenter ornata, ita aquarum ambitu, foveis & prævalida arce, contra hostiles insultus egregiè munita. Curiam habet Iudiciale, & Frisiæ Cancellariam, à cuius tribunalis nulla ulterior permittitur appellatio. Huic vicinum est *Zuichemum*, patria Viglii. *Doccumum* duobus inde milliaribus distat, agrum habet fertilem, pascua lera. Abest à Sinu Maris uno milliari: paruit olim Geldris. *Sneca* in Comitatu Westergoyensi tribus à Leovardia milliaribus loco humili & aquoso sita est, quo sit ut segetem ager non ferat, pascuis sit latissimus. Vrbs tota recens, vix ante ducentos annos donata jure civitatis: progressu tamen temporis in tantum crevit, ut nulli nunc totius Frisiæ urbi concedat. Bonorum ingeniorum alumna diu fuit: in hac natus est & educatus Ioachimus Hopperus, non patriæ tantum civitatis, sed Frisiæ etiam totius, atque adeo Belgicæ dum vixit, lumen & ornamentum. In eadem orti Petrus à Fritema I.C. Albertus Hero Philosophus & Theologus aliisque complures. *Stavria*, *Staveren*, in littore maris Australis porrecta jacet: ager finitus planus est, fossis multis & palu-

ALBERTI 008

Ko 4-00288

